



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Distinct. I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

P E T R I L O M -  
B A R D I E P I S C O P I  
P A R I S I E N S I S S E N -  
T E N T A R V M L I -  
B E R I I .

DE RERVM C O R P O R A-  
LIVM ET SPIRITUALIVM CREA-  
tione & formatione, aliisque pluri-  
bus eò pertinentibus.

Vnum esse ratione principium ostendit, non plura,  
ut quidam putauerunt.

## DISTINCT. I.

A

REACTIONEM rerum insinuās scri-  
ptura, Deum esse creatorē initium- De creatione  
īq̄ temporis atq̄ omnium visibilium, humana na-  
vel inuisibiliū creaturarum in pri- tura quantū  
mordio sui ostēdit, dicens: In princi- ad principiū  
pio creauit Deus cælum & terram. His n. verbis efficiens in  
Moyses spiritu Dei afflatus, in vno principio à Deo generali.  
creatore mundum factū refert, elidēs errorē quo Genes. i.  
rundam plura sine principio fuisse principia op- Plato dicit  
nantium. Plato namque tria initia existimauit: pia esse. Ex tria princí-  
Deum scilicet, exemplar & materiam, & ipsa in- qua ratione  
creata sine principio, & Deū quasi artificem non proprie dici-  
creatorem. Creator enim est qui de nihilo aliquid tur crea: or,  
facit. Et creare proprie est de nihilo aliqd facere. Et quid se  
Facere vero non modo de nihilo aliqid operari: creare, &  
sed etiam de materia. Vnde & homo & angelus quid facere.  
dicitur aliqua facere, sed non creare: vocaturque

factor siue artifex, sed non creator. Hoc n. nomen  
soli Deo propriè cōgruit, qui & de nihilo quēdam,  
& de aliquo aliqua facit. Ipse est ergo creator & o-  
pifex & factor, sed creationis nomen sibi p̄prie-  
tinuit, alia vero etiam creaturis communicauit.  
In scriptura tamen sāpē creator accipitur tanquā  
factor, & creare tanquam facere, sine distinctione  
significationis.

*Quod hæc verba: scilicet agere & facere, & huiusmodi,  
non dicuntur de Deo secundum eam ra-  
tionem quā dicuntur de  
creaturis.*

*Aug.ca.18.  
l.1.de gene-  
si ad literam  
in princip.*

*Ex quo sen-  
su dicitur  
Deus ali-  
quid facere:*

Veruntamen sciendum est, hæc verba, scil. crea-  
re, facere, agere, & alia huiusmodi de Deo nō pos-  
se dici secundum eam rationem quā dicuntur de  
creaturis. Quippè cum dicim⁹ eum aliquid facere  
non aliq̄ē in operando motu illi inesse intelli-  
gimus, vel aliquā in laborando passionē, sicut no-  
bis solet accidere: sed eius sempiternæ voluntatis  
nouum aliq̄ē significamus effectum, i. æterna ei⁹  
voluntate aliquid nouiter existere. Cum ergo ali-  
quid dicitur facere, tale est, ac si dicatur, iuxta ei⁹  
voluntatem, vel per eius voluntatem aliqd noui-  
ter cōtingere velesse: vt in ipso nihil noui contin-  
git: sed nouum aliqd sicut in ei⁹ æterna voluntate  
fuerat, fiat sine aliqua motione vel sui mutatio-  
ne. Nos vero operando mutari dicimur, qā moue-  
mur. Non n. sine motu aliqd facimus. Deus ergo  
aliqid agere vel facere dicitur, quia causa est ré-  
rum nouiter existentium: dum eius voluntate res  
nouæ esse incipiunt, quæ ante nō erant absq; ipsi⁹  
agitatiōne: vt act⁹ propriè dici nō queat: cum vi-  
delicet act⁹ omnis in motu cōsistat: in Deo autem  
motus nullus est. Sicut ergo ex calore solis aliqua  
fieri cōtingit, nulla tamē in ipso, vel in eius calore  
facta motione vel mutatione: Ita ex Dei volūtate  
noua habēt esse sine mutatione authoris, q̄ est v-

num, & solum & omnium principium. Aristot. *Circa fine*  
*vero posuit principia scilicet materiam & speciem,* <sup>1. de gene-</sup>  
*& tertium operatorum dictum mundum quoq;* <sup>ratione.</sup>  
*semper esse & fuisse.*

*Quod catholicum est, docet.*

C

Horum ergo & similiū errorem Spiritus sanctus euacuās, veritatisq; disciplinam tradēs, Deū in principio temporum mundum creasse & ante tempora æternaliter extitisse significat, ipsi⁹ æternitatē & omnipotentiā cōmendans. Cuivoluisse, facere est: qd ut prædiximus ex eius voluntate, & bonitate res nouæ existunt. Credam⁹ ergo rerum creatarum cœlestium, terrestrium, visibilium vel inuisibilium causam non esse nisi bonitatē creatoris, qui est Deus unus & ver⁹. Cuius tāta est bonitas, vt summè bonus beatitudinis suæ, qua æternaliter beatus est, alios velit esse participes: quam videt & communicari posse, & minui omnino nō posse. Illud ergo bonum quod ipse erat, & quo beatus erat, sola bonitate nō necessitate aliis cōmunicari voluit: quia summè boni erat pdesse velle, & omnipotenti⁹ nō nocere non posse.

*Quare rationalis creatura facta sit.*

D

Et quia non valet eius beatitudinis particeps existere aliquis nisi per intelligentiam: qd quanto magis intelligitur, tāto plenius habetur: fecit De⁹ rationalem creaturam quæ summum bonum intelligeret, & intelligendo amaret, & amando possideret, ac possidendo frueretur. Eāq; hoc modo distinxit, vt pars in sui puritate permaneret, nec corpori vniuersetur, scil. angelī: pars corporis iungetur, scil. anima. Distincta est utiq; rationalis creaturain incorporeā & corpoream: & incorporea qd angel⁹, corporea vero homovocatur ex anima rationali & carne subsistens. Conditio ergo rationalis creaturæ primā causā habuit Dei bonitatē.

*Aug. in En-*  
*chiridi. ca. 9.*  
*infine in*  
*tom. 3.*

*Qyomodo*  
*distincta sit*  
*rationalis*  
*creatura.*

T 3

Qua-

*Quare creatus sit homo vel Angelus.*

Ideoq; si queratur quare creatus sit homo vel angel? Breui sermone responderi potest, propter bonitatem eius. Vnde August. in libr. de doctrin. Christ. Quia bonus est Deus, sumus: & in quantum sumus, boni sumus.

*Ad quid creata sit rationalis creatura.*

ET si queritur ad quid creata sit rationalis creatura? Respōderetur ad laudandū Deum, ad seruēdum ei, ad fruendum eo: in quib⁹ proficit ipsa, nō Deus. Deus n. perfectus, & summa bonitate plen⁹, nec augeri potest, nec minui. Quod ergo rationalis creatura facta est à Deo, referēdum est ad creatoris bonitatem, ad creaturæ utilitatem.

*Breuiissima responsio cum queritur, quare vel ad quid facta sit rationalis creatura.*

Cum ergo queritur quare vel ad quid facta sit rationalis creatura? Breuiissimè respōderi potest, propter Dei bonitatem, & suam utilitatem. Vtile nempe ipsi est seruire Deo, & fruī eo. Factus ergo angelus sive homo propter Deum dicitur esse: nō quia creator De⁹ & summè beatus, alterutri⁹ indigerit officio, qui bonorum nostrorū nō egerit: sed ut seruiret ei ac frueretur eo, cui seruire regnare est. In hoc ergo proficit seruiens, nō ille cui seruitur.

*Sicut factus est homo vt seruiret Deo sic mundus vt seruiret homini.*

ET sicut factus est homo propter Deum, i. vt ei seruiret, ita mundus factus est propter hominem, scil. vt ei seruiret. Positus est ergo homo in medio ut ei seruiretur, & ipse seruiret: vt acciperet vtrūq; & refueret totum ad bonum hominis, & quod accepit obsequium, & quod impēdit. Ita enim voluit Deus sibi ab hominē seruiri, vt ea seruitur non Deus, sed homo seruēs iuuaretur: & voluit vt mundus seruiret homini, & exinde similiter iuuaretur homo. Totum ergo bonū hominis erat, & q; factū

Lib. 1. c. 32.  
Tom. 3. ad  
princ.

1. Cor. 3. d.

factum est propter ipsum, & propter quod ipse factus est Omnia n. (vt ait Apost.) nostra sunt, scilicet superiora & æqualia & inferiora. Superiora quæ omnia nostra sunt ad perfruendum, vt Deus Trinitas. Äqualia, ad continuendum, scil. angeli. Qui et si nobis modo superiores sint, in futuro erunt quales: qui & modo nostri sunt, quia ad usum nobis sunt, sicut res dominorum dicuntur esse famulorum, non dominio, sed quia ad usum eorum, ipsi quæ angeli in quibusdam scripturæ locis nobis seruire dicuntur, dum propter nos in ministerium mittuntur.

*Quomodo dicitur aliquando in scriptura homofactus est propter reparationem angelici casus.*

DE homine quoq; in scriptura interdum reputatur, quod factus sit propter reparationem angelicæ ruine, quod non est intelligendum, quia si non fuisset homo factus si non peccasset angelus: sed quia inter alias causas, scil. pccipias, haec etiam non nulla causa extitit. Nostra ergo sunt superiora & æqualia. Nostra etiam sunt inferiora: quia ad seruendum nobis facta.

*Quare ita sit homo institutus ut anima sit unita corpori.*

Solet etiam queri cum maioris dignitatis videatur esse anima si absq; corpore permansisset: cur unita sit corpori? Ad q; primo dici potest: quia Deus voluit, & voluntatis eius causa querenda non est. Secundo autem potest dici, quod ideo Deus voluit eam corpori uniti: ut in humana ostenderet conditione nouum exemplum B. unionis, quæ est inter Deum & spiritum. In qua diligitur ex toto corde, & videtur facie ad faciem. Putaret n. creatura se non posse vivi creatori suo tanta propinquitate, ut eum tota mente diligenter & cognosceret, nisi videret spiritum qui est excellentissima creatura tam insimilæ, i. carni quam ad Cor. 13. de terra est, in tanta dilectione vivi, ut non valeat auctari ad hoc ut velit eam relinquere: sicut ostendit Apo-

*¶ ad Cor. 3. 2 dit Apostolus dicens: Nolumus corpore expoliari, sed superuestiri, per quod ostenditur spiritum creatum spiritui increato ineffabili amore vniri. Pro exemplo ergo futurę societatis, quae inter Deum & spiritum rationalem in glorificatione eiusdem perficienda erat, animam corporeis indumentis & terrenis mansionibus copulauit: luteaque materiam fecit ad vitæ sensum vegetare: ut sciret homo, quod si potuit deus taliter disponere naturam corporis, & animam in federationem suam, & in amicitiam tantam coniungere, nequaquam ei impossibile futurum rationalis creature humilitatem, licet longe inferiorem, ad suæ gloriae participationem sublimare. Quia ergo pro exemplo rationalis spiritus in parte usque ad consortium terreni corporis humiliatus est ne forte in hoc nimis depresso videretur, addidit Dei prouidetia, ut postmodum cum eodem corpore glorificato ad consortium illorum, qui in sua permanenterunt puritate, sublimaretur, ut quod minus ex dispensatione creatoris sui acceperat conditus, postmodum per gratiam eiusdem acciperet glorificatio. Si ergo conditor noster Deus rationales spiritus varia forte, per arbitrio voluntatis sue disponens, illis quos in sua puritate reliquerat, sursu in celo mansionem, illis vero quos corporibus terrenis sociauerat, deorsum in terra habitationem constituit: utrisque regulam imponens obedientiem, quatenus & illi ab eo ubi erant, non caderent, & illi ab eo ubi erant, ad id ubi non erant ascenderent. Fecit itaque Deus hominem ex duplice substantia, corpus de terra componens animam vero de nihilo faciens. Ideo etiam unitae sunt animae corporibus, ut in eis Deus famulantes maiorem mereantur coronam.*

*Post sacramentum Trinitatis de creatura tripartita agendum est, & prius de digniori, id est angelica.*

*Ex praemissis appare rationalem creaturam in ange-*

L

angelicam, & humanā fuisse distinctam: quarum altera est tota spiritualis, id est, angelica: altera ex parte spiritualis, & ex parte corporalis, i. humana. Cū itaq; dehis tractandum sit, scil. de spirituali & corporali creatura, de rationali, & de non rationali primo de rationali & spirituali, id est, de angelis agendū videtur: vt à cōtritu creatoris ad cognitionē creature dignioris ratio nostra incedat: deinde ad considerationē corporeę, tam illi⁹ quę est rationalis, quā illius quę non est rationalis descendat, vt Trinitatis increatę sacramentum tripartitę creature, eique concretorum atq; continentium sequatur documentum.

## QVÆ CONSIDERANDA SVNT

*de angelica natura.*

## DISTINCT. II.

A

DE angelica itaq; natura hęc primo considerā- Agit in speci- da sunt, quando creata fuerit, & vbi, & qualis ali de condi- facta sit dum primum conderetur. Deinde qualis tiones spiri- effecta auersione quorundam, & cōuersione quo- tualis creaturā rūndam. De excellentia quoq; & ordinibus, & do norum differentia, & de officiis, ac nominibus, a- angelica liisque pluribus aliqua dicenda sunt. qualis facta sit.

*Quando facti sunt angelii prius dicit, in quo videntur*

*sibi obuiare authoritates.*

B

Quędam authoritates videtur innuere quod ante omnem creaturā creati sunt angeli: Vnde il- lud. Primo omniū creata est sapientia: q̄ intelligi- tur de angelica natura quę in scriptura sęp̄ vita, sapiētia & lux dicitur. Nam sapiētia illa quę Deus est, creata nō est: Filius n. sapientia patris est genita, non facta nec creata, & tota Trinitas una sapientia est, quę non facta nec creata est nec genita vel p̄cedēs De angelica ergo vita illud accipiendū est, de qua dicit scriptura, quando facta est, scilicet primo omnium. Sed rursus alia scriptura dicit: In principio creauit Deus cęlum & terram,

Genes. i. 4

T 5 Et in